✠

De solemni palmarum processione

De benedictione palmarum



✠

De distributione ramorum





Dómini est terra, et pleni**tú** - do **e**- jus : *
orbis terrárum, et univérsi qui hábi-*tant in* **e** - o.
2. Quia ipse super mária fun**dá**vit **e**um : * et super flúmina præpar*ávit* **e**um.

Repetitur antiphona : Pueri...

3. Attóllite portas, príncipes, vestras, et elevámini, portæ **æ**ter**ná**les : * et introí*bit Rex* **gló**riæ.

✠

4. Quis est **is**te Rex **gló**riæ ? * Dóminus fortis et potens: Dóminus po*tens in* **præ**lio.

Repetitur antiphona : Pueri...

5. Attóllite portas, príncipes, vestras, et elevámini, portæ **æ**ter**ná**les : * et introí*bit Rex* **gló**riæ.

6. Quis est **i**ste Rex **gló**riæ ? Dóminus virtútum ipse *est Rex* **gló**riæ.

Repetitur antiphona : Pueri...

Glória **Pá**tri, et **Fi**lio, * et Spirí*tui* **San**cto.

Sicut erat in princípio, et **nunc**, et **sem**per, * et in saécula saecu*lórum.* **A**men.

Repetitur antiphona : Pueri...



✠



Omnes gentes, **pláu**dite **má**nibus * jubiláte Deo in voce exsul-*tati*-**ó**-nis.

2. Quóniam Dóminus ex**cél**sus, ter**rí**bilis : * Rex magnus super *omnem* **ter**ram.

Repetitur antiphona : Pueri...

3. Subjécit **pó**pulos **no**bis : * et Gentes sub pé*dibus* **nos**tris.

4. Elégit nobis heredi**tá**tem **su**am : * spéciem Jacob, *quam di***lé**xit.

On reprend l'antienne: Pueri...

5. Ascéndit **De**us in **jú**bilo : * et Dóminus in *voce* **tu**bæ.

6. Psállite Deo **nos**tro, **psál**lite : * psállite Regi *nostro,* **psál**lite.

Repetitur antiphona : Pueri...

7. Quóniam Rex omnis **ter**ræ **De**us : * psállite *sapi***én**ter.

8. Regnábit Deus **su**per **Gen**tes : * Deus sedet super sedem *sanctam* **su**am.

Repetitur antiphona : Pueri...

9. Príncipes populórum congregáti sunt cum **De**o **A**braham : * quóniam dii fortes terræ veheménter *ele***vá**ti sunt.

Repetitur antiphona : Pueri...

Glória **Pá**tri, et **Fi**lio, * et Spirí*tui* **San**cto.

Sicut erat in princípio, et **nunc**, et **sem**per, * et in saécula saecu*lórum.* **A**men.

Repetitur antiphona : Pueri...

✠

PROCESSION


℣. Procedámus in pa – ce.
℟. In Nomine Christi. A – men
Ant. 8.
OCcúrrunt turbæ * cum fló-ri-bus et palmis Redem-
ptó-ri óbvi- am : et victó-ri tri- umphánti digna dant obsé-
qui- a : Fí-li- um De- i o-re gentes prædi-cant : et in laudem
Chri- sti vo-ces tonant per nú-bi-la : « Ho-sánna ».

✠

Ant. 7.
CUM Ange-lis * et pú- e-ris fi-dé-les inve-ni- á-mur,
tri- umpha-tó-ri mortis clamántes: Ho-sánna in excél-
sis.
Ant. 4.
TUrba multa, * quæ convéne-rat ad di- em festum,
clamábat Dómino : « Bene-díctus qui ve-nit in nómi-ne Dó-
mi-ni : Ho-sánna in excél-sis ».


Ant. 1.
CŒpé-runt * omnes turbae descendénti- um gau-
dén- tes laudá-re De-um vo-ce magna, super ó- mni-
bus quas ví-de-rant virtú-ti-bus, di-céntes : « Be-ne-díctus
qui ve-nit Rex in nómi-ne Dómi-ni; pax in terra, et gló-ri-
a in excélsis ».

✠

Hymn. 1.



G Lóri- a, laus et honor ti-bi sit, Rex Christe Redém-



ptor : Cu- i, pu- e- rí-le de-cus prompsit Ho-sánna pi- um.

Omnes : Glória laus. *ut supra.*

Chorus :



1. Isra- ël es tu Rex, Da-ví-dis et íncli-ta pro-les : Nómi-



ne qui in Dómi- ni, Rex bene-dí-cte, ve-nis.

Omnes : Glória laus. *ut supra.*

Chorus :



2. Cœtus in ex-cél-sis te laudat cǽ-li-cus omnis, Et mor-



tá-lis homo, et cuncta cre- á- ta simul.

Omnes : Glória laus. *ut supra.*

✠

Chorus :



3. Plebs Hebrǽ-a ti- bi cum palmis óbvi- a ve-nit :



Cum pre-ce, vo-to, hymnis, ádsumus ecce ti-bi.

Omnes : Glória laus. *ut supra.*

Chorus :



4. Hi ti-bi pas-sú-ro solvébant mú-ni- a laudis : Nos ti-

bi regnán-ti pángimus ecce me-los.

Omnes : Glória laus. *ut supra.*

Chorus :

5. Hi pla-cu-é-re ti- bi, plá-ce-at de-vó-ti- o nostra :



Rex bone, Rex clemens, cui bona cuncta pla-cent.

Omnes : Glória laus. *ut supra.*


RE. II
INgre-di- énte Dó-mi-no in sanctam ci-
vi- tá- tem, Hebrae-ó- rum pú-e- ri re-surre-
cti-ó-nem vi-tae pro- nunti- án- tes, * Cum ramis pal-
má- rum : « Ho-sánna, clamá- bant, in ex- cél-
sis ». ℣. Cum-que audíssent qui-a Ie-sus ve-nit Ie-ro-só-ly-
mam, pro-ces-sé-runt ób- vi- am e- i. * Cum.